



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Die Universität Paderborn

Quellen und Abhandlungen von 1614 - 1808

Freisen, Joseph

Paderborn, 1898

II. Die Statuten der Universität.

urn:nbn:de:hbz:466:1-8008

cunque in contrarium facientibus. Quibus omnibus et singulis ex certa nostra scientia, animo deliberato et motu proprio hisce derogamus et derogatum esse volumus per praesentes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae confirmationis, erectionis, indulti, concessionis et privilegii gratiam vel facultatem infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire, seu illam quovismodo violare. Si quis autem id attentare praesumpserit, nostram et Imperii Sacri indignationem gravissimam et poenam Centum Marcharum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit irremissibiliter incursum, quarum dimidiam Imperiali fisco seu Aerario nostro, reliquam vero partem saepenominato venerabili Theodoro Episcopo et eius successoribus discernimus applicandum harum testimonio Litterarum manu nostra subscriptarum et sigilli nostri Caesarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragae, Die decima quarta Mensis Decembris, Anno domini Millesimo Sexcentesimo decimo quinto, Regnorum nostrorum Romani quarto, Hungarici octavo, Bohemici vero quinto.

II.

Die Statuten der Universität.

Die Statuten der Paderborner Universität wurden nach dem Vorbild der Statuten anderer Universitäten entworfen. Mehrere Briefe wechselten dieserhalb die Patres mit der Universität zu Trier, Dillingen, Löwen und andern. Die Theodor. Bibliothek bewahrt noch mehrere Originalien dieser Korrespondenz, einige derselben gebe ich im Abdruck.¹⁾ Die einen Statuten sind allgemeiner Art (statuta generalia) und gelten für die Studenten an der Universität Paderborn. Ihr Inhalt entspricht mehrfach den consuetudines provinciae²⁾ der Gesellschaft Jesu. Die andern Statuta Universitatis regeln die andern Ver-

¹⁾ Vgl. Richter, Handschriften-Verzeichnis der Theodorianischen Bibliothek zu Paderborn. 1896. I. Pa. 89.

²⁾ Vgl. Richter, Handschriften cit. I. Pa. 122.

hältnisse. Die Statuta gen. gebe ich nach dem Abdruck, den Pachtler S. J. aus dem Germ. Arch. mittheilte.¹⁾ Auf der Theodorianischen Bibliothek fehlen dieselben. Die andern Statuta Univ. gebe ich ebenfalls nach dem Pachtler'schen²⁾ Abdruck, füge aber die Abweichungen bei, die sich in einer Handschrift der Theodoriana³⁾ finden. Die Statuta Univ. wurde am 20. Nov. 1616 verkündigt nach Cap. I. 3 derselben; ⁴⁾ die Statuta generalia sind jüngeren Datums. Ausserdem gebe ich nach einer Handschrift der Theodoriana: Notanda ex Statutis Paderbornensibus, quae extant in Archivo Coloniensi Ex c. 3 § 2; ⁵⁾ ferner Quae ad Cancellarium pertineant ex varijs collecta nebst mehreren andern bisher unbekanntem Satzungen.

1. Statuta Generalia in alma Theodoriana Paderbornensi Academia Studiosis omnibus observanda.⁶⁾

Qui Paderbornam Studiorum gratia accedunt, ii Praefecto Studiorum quam primum se sistant, a quo interrogati de Nomine — Patria — Parentibus — vita ante acta — Religione — Studiis, priusquam in album Academicum referantur, polliceantur, se Legibus Academiae huius obtemperaturos, Rectori magnifico, aliisque academicis Magistratibus, suisque Professoribus debitam obedientiam et observantiam praestituros, paratosque corrigi, ubi deliquerint.

Omni die ad Sacrum audiendum hora (et) loco constituto in Academia conveniant — aliisque ad pietatem pertinentibus, quae ibidem instituentur, qua decet modestia et religione, intersint.

Singulis saltem mensibus omnes peccata confiteantur. Eos libros, quibus doctrina morum ac pietatis traditur, attente atque frequenter legant, explicationi Catechismi omnes infra Theolo-

¹⁾ Pachtler S. J., Ratio Studiorum et Institutiones Scholasticae Societatis Jesu per Germaniam olim vigentes. Volumen III. 1890 (in Monum. Germaniae Paedagogica. Bd. IX.) p. 194 sq.

²⁾ Pachtler, Monum. cit. p. 196 sq.

³⁾ Vgl. Richter, Handschriften cit. I. Pa. 45. In dem Manuscript sind viele Randnoten von späterer Hand beigefügt.

⁴⁾ Richter, Geschichte der Pad. Jesuiten S. 131 und Anm.

⁵⁾ Vgl. Richter, Handschriften cit. I. Pa. 45.

⁶⁾ Pachtler, Monum. cit. p. 194 sq.

giam diligenter intersint, et quae in eadem addiscenda praescribentur accurate addiscant.

Libros haereticos, lascivos aliosque malae notae ne habeant, vel, si habuerint, eos imprimis in poenam amittant, et praeterea pro arbitrato Rectoris magnifici puniantur, dubios Professoribus suis offerant.

Professores audiant, qui ipsis fuerint assignati, et assidue audiant, traditamque ab ipsis studendi ac repetendi rationem tum domi tum in Scholis quam diligentissime servent, neque a Scholis absint sine Professorum consensu.

Domi forisque magnam modestiam servent, paci et concordiae christianae magnopere studeant, cum suis hospitibus et tota familia tam honeste se gerant, ut nullam eis iustam praebeant conquerendi occasionem. Horas studiorum, quas in singulis aedibus certas haberi oportebit, studiose observent, neque iisdem et aliis contubernalibus discursu, garritu, strepitu vel alia ratione impedimento sint. In rebus denique et actionibus omnibus ita se gerant, ut facile quivis intelligat, eos non minus virtutum vitaeque integritatis esse, quam literarum doctrinaeque studiosos.

Diligenter abstineant ab omnibus locis, quae pro temporis ratione ac rerum statu ipsis fuerunt interdicta, prava quoque et suspecta consortia fugiant, cum iis tantummodo versentur, quorum exemplo et consuetudine in studio literarum et virtutum proficiant.

Hospitia non tantum inhonesta, verum etiam cauponas, ad quas promissione omne genus hominum confluit, nullo unquam tempore ingrediantur, multo minus inhabitent, neque domi comotationes instituant, neque alio potatum abeant, convivia et comessiones nomine Regalium, Natalium vel novi ad aliquem convictum accessus vel ab eo et Academia discessus seu alio simili titulo nunquam instituant.

Nemo ex Studiosis accedat armatus pugione, gladio vel alio quovis telo aut armorum genere, personatus aut cum musicis instrumentis per urbem ne ingrediatur, neque usquam gladiatorii aut saltatorii ludis aut ludicris spectaculis det operam.

A iuramentis, verbis ac gestibus obscoenis et scurrilibus, a pugnis, item conviciis atque ab omni alea et ludis vetitis omnino abstineant; et quia discursationes studiis literarum et pietati maximo impedimento esse solent, quilibet iis vacationibus, quae conceduntur per autumnum, tantum sibi provideat in

sumptu
triam s

V
vulgo
nihil su
quam p
Rectori
vero or
deputat

H
quam
alienum
bus ali

Q
riis ex
licti ra

Q
nihili p
ab Ac
speratu

H
animi
pro eo

1
D. The
Paulo
nationi
quae a
petuun

2
habet
bet S.
lingua

sumptum annuum, ne sit necesse, saepius proficiscendo in Patriam studia abrumpi.

Vestitus sit honestus et moderatus, qui Studiosos a profano vulgo discernat; in quo nullus luxus, nihil vanae novitatis, nihil superbum vel alienum a simplici decoro, nihil sumptuosius, quam pro conditione cuiusque sit, appareat. Qua in re omnes Rectoris magnifici vel moderatorum iudicium sequentur. Qui vero ordinibus sacris initiati, vel ad ministeria ecclesiastica iam deputati sunt, omnes vestem clericalem gerant.

Hospitium nemo prius mutet, aut Paderborna discedat, quam hospiti, creditoribus aliisque fecerit satis. Aes autem alienum extra urgentem necessitatem et absque eorum, a quibus alitur, consensu et voluntate contrahere nemini liceat.

Qui a re divina, lectionibus, disputationibus aliisque literariis exercitationibus abfuerit, cui facta copia non sit, pro delicti ratione mulctabitur.

Qui frequentius absunt, poenasque leviores et admonitiones nihili pendunt, aut si qui etiam gravius deliquerint, testimonium ab Academia nullum impetrabunt; a quibus emendatio non speratur, a studiosorum coetu exterminabuntur.

Haec statuta tanquam remedia ad medendum imminentibus animi morbis proposuimus, augenda imposterum aut mutanda pro eo atque studiosorum mores et tempora exigere videbuntur.

2. Statuta Universitatis Paderbornensis. ¹⁾

Caput I.

De Universitatis forma.

1. Universitas Paderbornensis a Reu^{mo} et Ill^{mo} Principe D. Theodoro a Furstenberg Episcopo Paderbornensi fundata, a Paulo V. Pont. Max. et Matthia I. Caesare confirmata, gubernationi et regimini Soc^{tis} Jesu literis Apostolicis et Caesareis, quae anno 1616. Idibus Semptemb. publicatae sunt, in perpetuum subiecta est.

2. Quare ad instar aliarum Academiarum Societatis tres habet facultates, Theologiam, Philosophiam et linguarum, ut habet S. P. N. 4. p. constit. c. 17. §. 4. quanquam in facultate linguarum separatim gradus non conferuntur.

¹⁾ Pachtler, Monum. cit. p. 196 sq.

3. Porro anno Domini 1616. 20. Novemb., quo die prima statuta huius Academiae publicata sunt, petiit Adm. R^{um} et Praenobile Capitulum Cathedrale, haec¹⁾ etiam ijs inseri, facultatem linguarum ab eodem Capitulo annuis redivibus fundatam esse; quod grato animo posteris testatum esse²⁾ volumus.

Caput II.

De Magistratibus Universitatis et officijs.

1. Quia haec Universitas regimini Praepositi Generalis auctoritate Apostolica subiecta est,³⁾ ab eodem Praeposito duo Academiae primarij Magistratus immediate constituuntur: Rector et Cancellarius, et ita primi⁴⁾ a R^o. Adm. P. N. Mutio Vitellesco constituti duo, anno 1616. 20. Novemb. promulgati sunt.

2. Hi duo ratione officij sui non concluduntur terminis certis facultatis; sed de cuiusque consilio sunt; ut, si Rector nullum habeat gradum in Theologia, tamen est hoc ipso, quod Rector est, de consilio facultatis Theologicae, et licet uterque habeat gradum in Theologia, tamen simul sunt de consilio facultatis Philosophicae, ut colligitur ex ijs, quae a S. P. N. 4. p. c. 17. §. 5. et 6. constituta sunt.

3. In rebus pertinentibus ad Universitatem universam, una cum Cancellario, Rectoris⁵⁾ consultores sunt iidem qui Collegij.

4. Ad consilium de rebus singularum facultatum praeter Decanos Professores earum vocati a Rectore, ut⁶⁾ cit. loco const. dicitur, possunt dicere, quid sentiant ad bonum suae facultatis: Et si Rectori videbitur alios ad congregationem vocare, id facere poterit. ib. §. 5.⁷⁾

5. Quamvis decisio rerum ex suffragijs non pendeat, sententiae tamen eorum, qui res melius intelligunt, eam, quam par est, rationem Rector habebit: si tamen omnes alij aliter, quam ipse, sentirent, contra omnium sententiam ne agat, nisi prius cum Provinciali contulerit, ut praecipit S. P. N.⁸⁾ 4. p. const. c. 17. lit. H.

¹⁾ Cod. Theod. liest hoc.

²⁾ Cod. Theod. fehlt esse.

³⁾ C. Th. fügt bei ideo.

⁴⁾ C. Th. fügt bei duo.

⁵⁾ C. Th. fügt bei ordinarij.

⁶⁾ C. Th.: ut habetur loc. cit. constit.

⁷⁾ C. Th. fügt bei § 6.

⁸⁾ C. Th.: ibid. c. 17. Lit. H.

6. Decani non suffragijs Professorum vel aliorum, sed designatione Superiorum renunciantur.

7. In facultate linguarum, tametsi Praefectus studiorum inferiorum aliquod Decani munus sustineat, tamen, sicut in ea facultate non conferuntur gradus, ita Decani nomine non utitur.

8. Quia vero Jurisdictio in causis litigiosis abhorret ab instituto hominis religiosi, eam per se Rector non administret, sed per aliquem iurisperitum, de quo plura inferius.

9. Potest tamen Rector eos, qui malo exemplo Vniuersitati nocent, in carcerem conijcere, aut ex ea eijcere.

10. Cancellarij est licentiam Doctoralem et Magistralem conferre, praesesse examinibus, pro iisdem et alia Praefecti munera obire, nisi quando sit distinctus.

11. Utitur quoque Vniuersitatis ¹⁾ Bidello et Notario, quamvis unus utrumque munus sustinere possit.

Caput III.

De iudicijs Vniuersitatis.

1. Si in causa mere ciuili lis fuerit, ²⁾ vel inter se vel cum alijs, quae absque strepitu iudicij dirimi nequuerit, ³⁾ R. P. Rector eis Iurisconsultum aliquem designabit, qui partes audiat et nomine Vniuersitatis ius dicat. Vbi autem certus fuerit institutus Vniuersitatis Gubernator id ad eum pertinebit; sed non nisi, cum iudicio R. P. Rectoris, res aliter transigi non poterit.

2. Si quispiam studiosus in aliquo crimine eorum, quae ad cognitionem Vniuersitatis pertinent, deprehensus esset, neque aliter iudicio Vniuersitatis permetteretur, admitti alius designatus a Magistratu, in cuius ditione crimen admissum fuerit, potest; simul tamen cum iudice constituto ab Vniuersitate, eoque pacto, ne contra priuilegia Vniuersitatis et studiosorum quicquam fiat.

3. Ne vlla inter Clerum et Vniuersitatem oriretur dissensionis occasio, in prima statutorum promulgatione professi sumus, neminem Ecclesiasticum huius vrbis aut Religiosum per inscriptionem in Matriculam eximi a iurisdictione Praelatorum suorum.

4. Quisquis a Ministris publicis in aliquo crimine deprehensus fuerit, cuius causa necessario capi debeat, si interdum

¹⁾ C. Th.: Vniuersitas.

²⁾ C. Th. fügt bei studiosis.

³⁾ C. Th.: nequuerit.

caperetur, ¹⁾ e vestigio Academiae tradatur, si noctu, liceat Ministris in proximam lucem eum custodire.

5. Nemo studiosorum, qui ad Rectorem vel alium Magistratum Academicum ad dicendam causam citatur, alijs comitatus veniat, sed plane solus, alioqui non modo suspectum se faciet criminis, de quo agitur; sed etiam vt rebellis punietur.

6. Potest Rector eis, qui malo exemplo Academiae nocent, vrbe interdicere, admonito prius Magistratu, in cuius ditione studiosi expellendi versantur. Accepimus autem hoc priuilegium ex Dilinganis, ut habetur in authentico instrumento Rectoris Diligani.

7. Studiosus, qui deliquerit, si vocatus ad dicendam causam non compareat, vocandus erit per Bidellum primum solum; deinde adhibitis testibus et addita comminatione, quod alioqui permitteretur iurisdictioni Magistratus ciuilis: poterit quoque nominatim citari per scriptum publicum tabulae Academicae affixum.

Caput IV.

De seruandis inter studiosos et ciues.

1. Edicto Principis Fundatoris publice e suggestis promulgato vetitum est, ne ciues pro studioso in domum quemquam recipiant, de quo euidenter aut testimonio Academiae ipsis non constet, quod vt studiosus ad Gymnasium veniat, neque quemquam domi retineant, qui ob malos mores ex Academia eiectus sit

2. Item ne caupones aestate vltra horam nonam, hyeme vltra octauam studiosis cereuisiam promant, aut grassatorum coetus fouere audeant.

3. Praeterea ne suis conuictoribus, maxime inuitis, carnes, quibus diebus ijs vesci non licet, obtrudant aut alia re eorum ²⁾ moribus sint noxii.

4. Ne Magistris scripturae et Arithmeticae liceat in scholam suam recipere studiosos, qui absque bona suorum moderatorum venia a Gymnasio discesserunt.

Caput V.

De admittendis et dimittendis ab Academia.

1. In admissione nulla depositio sit in vsu, etiamsi flagitent, vt ordinauit R. P. Copperus. ³⁾

¹⁾ C. Th.: capietur.

²⁾ C. Th.: illorum.

³⁾ P. Joh Kopper war der erste Provinzial der oberrheinischen Provinz (Pachtler, Mon. Germ. cit. p. 199 Anm. 1)

2. Philosophiae omnes studiosi cogantur inscribi in Matriculam; caeteris liberum est.

3. Ad hanc rem affixo edicto Rectoris, vt habetur in libro formularum, initio renouationis studiorum citentur.

4. Inscripturi sua nomina in Matriculam non praestant iuramentum, sed promissionem de praestanda obedientia Magistratibus Academicis et legibus ac statutis, procurandoque honore et bono Vniuersitatis tuendo, vt est in Const. p. 4. c. 17. lit. D. Haec promissio fit Cancellario stipulata manu in aula maiore.

5. Pro immatriculatione soluunt Vniuersitati Nobiles 15 solidos, et ascribunt suis nominibus literam A. Diuites 10 solidos, et ascribunt B. Mediocres 5 solidos¹⁾ et ascribunt C. Pauperes nihil et ascribunt O.

6. Qui bona venia discedunt ab Academia, ijs petentibus testimonium datur, vel a Rectore sub sigillo Collegij, vel ab eodem sub sigillo Vniuersitatis in cera rubra additis lemniscis sericis colorum Fundatoris, h. e. rubris et flauis, et ad hoc posterius adhibetur Notarius, cui soluuntur 7 solidi cum dimidio. Porro testimonia de gradibus Academicis non dantur nisi sub sigillo Academiae; uti neque testimonia Ecclesiasticorum de inchoato et impleto biennio.²⁾

Caput VI.

De promulgatione statutorum.

1. Sub initium renouationis studiorum affigitur charta, qua citantur omnes ad audiendas leges Academicas, vt est in libro formularum.

2. Intersunt Philosophi et Rhetores³⁾ primo die Dominico vel festo post instaurata studia, et tempore, quo habendus esset Catechismus. Intersunt quoque Professores earundem scholarum absque ullo ornatu Academico.

¹⁾ Zu 15 solidi bemerkt eine andere Hand im C. Th.: 1 imperial., zu 10 solidi: 3 capitel., zu 5 solidi: capit. 1 $\frac{1}{2}$; eine Randnote lautet: NB. Anno 1652 quaesitum ex R. P. Provinciali quem in usum impendenda pecunia immatriculationis. Rdt. in usus scholasticos aut etiam recreationem professorum.

²⁾ Eine Randnote im C. Th.: NB. de his testimonijs vide quae notanda sunt ex statutis quae extant in Archivo Coloniae.

³⁾ Randnote des C. Th.: NB. in formula citationis anni 1649 etiam vocantur poetae, et vocandos volunt statuta, quae habentur in Archivo Coloniae.

3. Cancellarius primum statuta per Bidellum legi iubet, pro vt tempore Fundatoris impressa extant, ac deinde breui oratione iuuentutem ad ea seruanda hortatur, aut de ijs, quae maxime desiderantur et vrgent, admonet.¹⁾

Caput VII.

De festis et solennitatibus toti Academiae communibus.

1. Duo festa communia habet Vniuersitas Im. S. Joannis ante portam Latinam, 6. Maij; id festum indicitur programme ad tabulam affixo 4. Maij; vt est in libro formularum. Ipso die hora 7a. antemeridiana ex aula Theologica ad Ecclesiam, praeunte Bidello cum sceptro, procedunt R. P. Rector, Cancellarius, Professores Theologiae et Philosophiae habitu Academico, et studiosi Theologiae. Hos in area expectant et in templum prosequuntur Metaphysici, Physici, Logici, Rhetores, Humanistae. In ipso templo in dispositis ad dextram subsellijs genua flectunt P. Rector cum Theologis. Ad laeuam Decanus cum Philosophis. Patribus licet interea sacra facere. Finito sacro musico, Rector, praeunte sceptro, ingreditur per sacristiam, quem caeteri sequuntur.²⁾

2. Alterum festum est 13. Sept., quo die promulgata est Academia. Verum is dies neque proposita scheda denunciatur, neque Academici solenniter in templo comparent, sed tantum canitur sacrum.

3. Extra ordinem interdum instituuntur solennitates, quibus pro arbitrio Rectoris ritus proscribuntur.

Caput VIII.

De iuramento, officio et stipendio Bidelli.

1. Bidellus quando admittitur praestat professionem fidei et iuramentum obedientiae et fidelitatis R. P. Rectori et alijs Magistratibus Academicis, iuxta formulam Graeciensem.

¹⁾ Fussnote des C. Th.: NB. Addi potest, post inscribuntur in matriculam; vel hoc caput praeponi praecedenti. Addi hic possent in statuta illa.

²⁾ Randnote des C. Th.: NB. anno 1655 cum hoc festum incideret in diem Ascensionis academica solennitas translata fuit in diem Maij 10, in quam etiam in choro transferebatur ipsum festum. Posita tunc in templo pro professoribus subsellia, ut se mutuo respicerent. R. P. Rectori positum oratorium ante altare ad dextram.

2. Eius est adesse, cum studiosi inscribuntur in Matriculam praeparare aulam et loca examinum, praeferre sceptrum et deducere spectatores in Actibus publicis; citare causam dicturos apud Academiam; sones in custodiam dare, mandata in negotijs Vniuersitatis perficere.

4. Hac de causa non licet ei peregre proficisci absque licentia R. P. Rectoris.

4. Pro stipendio accipit: I^o. Contributionem duplicem in duabus Angarijs, hyemali et aestiua; tenetur tamen virgas et scopas pro Gymnasio curare et pulsatorem alere. II^o. Accipit tertiam partem eius, quod datur pro immatriculatione. Sunt autem censendi diuites, quorum parentes ex suis redditibus absque opificio villo vivunt: Mediocres autem filij opificum et similium, qui labore sibi victum parant. III^o. Accipit pro opera sua, pro ¹⁾ actibus publicis:

Pro disputatione publica 5 solidos (grossos). ²⁾

Pro actu Doctoratus 2 daleros et 18 solidos (grossos).

Pro actu Licentiae separato a Doctoratu 1 dalerum et 9 solidos (grossos).

Pro Baccalaureatu Theologico 20 solidos (grossos).

Pro Magisterio Philosophiae 2 capitatos.

Pro Baccalaureatu eiusdem vnum capitatum et dimidium.

Pro testimonio Academico solenni 7 solidos et dimidium.

Quoties studiosus iussu Rectoris vel Cancellarij a Bidello citatur, is ei dat dimidium capitatum, si per alium accersitus parere noluit.

Quoties studiosum dat in custodiam iussu Rectoris vel Cancellarij, ab eo accipit integrum capitatum. ³⁾

3. Notanda ex Statutis Paderbornensibus, quae exstant in Archivo Coloniensi. Ex C. 3 § 1. ⁴⁾

Ab initio suae foundationis egit Academia, ut haberet ius nominandi virum aliquem iuris prudentem, qui in ijs, quae in pro-

¹⁾ C. Th.: in.

²⁾ C. Th. lässt grossos stets fehlen.

³⁾ Randnote des C. Th.: NB. Anno 1652 rogatus R. P. Provincialis an etiam a nostris promouendis aliquid Bidello dandum. Rdit. Fiat quod honestas dictat maxime si notaretur Bidellus aliquid a nobis tamquam stipendium exigere.

⁴⁾ Handschrift der Theodoriana; vgl. Richter, Handschriften cit. 1. Pa. 45.

cessum iuridicum postularent, ius diceret eaque de causa etiam statuta, ante quam promulgarentur, principi et capitulo ostensa sunt et permissum, ut promulgaretur, Academiam habituram ejusmodi virum qui diceretur Gubernator Vniuersitatis. Princeps quoque Theodorus f. m. quendam adolescentem stupri reum liberauit a iurisdictione officialis; sed neque sub ipso neque sub Serenissimo Electore res perfici potuit. Difficultas praecipua videbatur futura in capitulo cui tamen anno 1619 supplicatum est, vt pateretur causas studiosorum, qui in immunitate capituli peccassent ab aliquo cognosci qui simul et capitulo et Academiae obligatus esset. Ad hanc petitionem Capitulum annuit; neque tamen obtineri potuit a Cancellario principis, ut litteras priuilegiorum Nostrorum perficeret, quas inchoatas habemus.

Obtulit tamen Academiae duplicem indicem Criminum, alterum enormium, quae princeps sibi reservari vellet, alterum leviorum, quae ad vniuersitatis cognitionem pertinerent.¹⁾ Deinde vsus ipse aliquid nobis facultatis dedit. Nam furto in immunitate commisso a studiosis anno 1621 concedente D. Decano in domo Bidelli custodiae mandati sunt ibique a duobus examinati, altero nomine capituli, altero Vniuersitatis designato. Mulctam quoque partim capitulo, partim Academiae soluerunt. Anno quoque 1625 mense Maio (Randbemerkung: dubito de mense) studiosi, qui in immunitate Buxtorffiana vim intulerant domui Ecclesiasticae iurisdictioni Vniuersitatis permissi sunt. Dominus quoque Syndicus Doctor Victor suscepit libenter oblatas sibi partes audiendi et nomine vniuersitatis definendi lites, si quae inter externos homines et studiosos essent natae.

§ 2. Proinde in causis omnibus mere ciuilibus et criminalibus posterioris indicis potest Academia assignare iurisconsultum, qui suo nomine et si magistratus se interponat, debeat saltem admittere cognitionem Academiae ex parte, ne contra priuilegium studiosi grauentur. Expediit tamen ut a S^{mo} Electore iterum petatur perfectio Priuilegiorum de quibus extant litterae suae Serenitatis ad cancellarium Wippermann.

Ex C. 5.

Et ad hoc posterius (testm.) adhibetur Notarius et Bidello soluuntur 7 solidi cum dimidio, si sit solenne in pergamento. Vbi notandum tantam summam a principio esse impositam testimonijs Academicis, ut satisfaceret querelis Bidelli,

¹⁾ Vgl. den Index weiter unten.

qui nullum certum salarium habet. Jam vero accidit, vt vix quicquam accipiat propterea quod adolescentes deterriti magnitudine precij, testimonia Academica non petant, sed tantum collegij pro quibus nihil soluitur cum Bidellus praeter iam dictam summam etiam vt Notarius suam mercedem flagitet. Quare videretur statuendum 1^o ne testimonia de gradibus Academicis darentur nisi sub sigillo Academico vti neque testimonia Ecclesiasticorum de inchoato et completo biennio. Deinde vt moderata aliqua summa proponeretur quae merito neminem deterreret a petendo testimonio Academico.

Ex C. 6.

Intersunt philosophi, rhetores et Humanistae dum rite leguntur statuta.

Ex C. 7. Communia Statutorum.

Extra ordinem interdum instituuntur solennitates, quibus pro arbitrio P. Rectori ritus praescribuntur. Quod si ad publicas supplicationes aliquando Vniuersitas inuitetur, sciendum est hunc ordinem aliquando volente Principe esse seruatum, vt Magistratus Academici principis conciliarijs miscerentur. Rector enim incedebat ad dextram Cancellarij Principis. Cancellarius Academiae ad laeuam primi consilarij, succedebat vnus Professorum ad dextram alterius consilarij et ita deinceps. Prodiit quoque interdum Academia obuiam extra urbem funeribus, habitu quantum fieri potuit ad luctum composito.

Ex C. 8.

§ 1. iuxta formulam graetiensem.

§ 2. Eius est adesse cum studiosi inscribuntur in matriculam, praeparare aulam et loca examinum, praeferre sceptrum et deducere spectatores in actibus publicis, citare causam dicturos apud Academiam, sontes in custodiam dare, denique mandata in negotijs Vniuersitatis perficere.

Ex Statutis Theologicis.

Ex Cap. 1. Inter officio decani 4^o Petere a Rectore designari examinatores, argumentatores etc. nisi a Cancellario vel professoribus facilius possit.

Ex Cap. 2. § 2. A. Prandio hieme hora 1^a aestate hora 2^a tres quadrantes docet Scripturarius, tres sequentes casista, Hebraeus duos postremos.

§ 3. Scholasticis lectionibus intersunt omnes Theologiae auditores, moralibus qui sunt 1^{mi} et 2^{di} anni, scripturae qui 3ⁱ et 4ⁱ, Hebraicae qui 2^{di}.

§ 5. Scriptura domi repetitur dominicis hibernis hora 2^a dum in Gymnasio habetur catechismus, aestate postridie vacationis hora 5^{ta} vespertina.

§ 6. Casus repetuntur domi feria 2^a per dimidiam horam. In schola de ijs disputatur loco lectionis primo die non impedito post Kalendas cuiusque mensis.

Ex Cap. 3 de promouendis.

§ 1 qui in Theologia Baccalaureatum petit, eum oportet tres annos in eo studio compleuisse, qui Licentiam quatuor, idque lectionibus omnibus assiduo obeundis.

Ex C. 4 de ritu promotionum.

§ 2. Programma pro promotione Baccalaurei Biblici non semper typis excusum est, sed interdum, pro doctoratu autem semper. In Baccalaureatu nunquam adhibitae tubae, musica interdum, in doctoratu utraque.

Ex C. 5 de Sumptibus.

In solemnitate Doctoratus et Licentiae, tametsi nostri, qui hactenus soli promoti sunt, non distribuerint bellaria neque chirothecas, sed prandium praebuerint; de externis tamen nihil constitutum est. Permittendumne sit illis liberum, quid velint, an aliquid certi praescribendum?

Ex Statutis Philosophicis.

Ex C. 2 de examinibus.

§ 1. Hactenus non sunt examinati Logici, sed primum examen fuit physicorum. Cum autem modo velit P. provincialis logicos examinari, videndum, quando et quo modo id fiat, et num circa examen Physicorum propterea aliquid mutandum.

Ex § 7. Denique Bidellus pecuniam cum rationibus defert ad Procuratorem, qui ex illa ipsi Bidello suam partem pernumerat. Videtur quoque statuendum, num Thaleros imperiales in specie dari oporteat, neque enim id hactenus servatum est.

4. Quae ad Cancellarium pertineant et varijs collecta.

Ex Statutis communibus omnibus facultatibus. ¹⁾

Ex C. 2 § 1 quod immediate constituatur ab admodum R. P. N. ²⁾

§ 2 quod tam ipse quam rector sit de consilio cuiusque facultatis. § 10. Quod Licentiam tam Doctoralem quam Magistralem conferat et praesit examinibus pro his gradibus et alia praefecti munia obeat nisi hic sit a Cancellario distinctus.

Ex C. 5 et 6. Quod statuta (post Studiorum renouationem) per Bidellum legi jubeat, prout tempore Fundatoris impressa extant ac deinde breui oratione iuuentutem ad ea seruanda hortetur aut de ijs quae maxime desiderantur et vrgent admoneat. Manum porrigat ijs qui relati vel referendi in album Academicum statutorum obedientiam et magistratuum obseruantiam spondent.

Ex C. 7. In festo S. Joannis ante portam Latinam interest cum alijs Academicis Sacro Academico.

Ex Theologicis.

Pridie S. Aug. affixo programme inuitat ad eius encomium et missae Sacrificium studiosam iuuentutem.

Ex Philosophicis.

Theses imprimendas cum tribus alijs censet. Thesibus Theologicis ex Scriptura insigne quid intermiscendum Reg. 11 Provincial. ³⁾

¹⁾ Handschrift der Theodoriana; vgl. Richter, Handschriften cit. I. Pa. 45.

²⁾ Eine Randnote des C. Th. lautet: NB. 1^o. Ex reg. 2 prou. et p. 4 c. 17 § 2 deberet esse generale Rectoris instrumentum ad studia bene ordinanda (allegi tamen hoc etiam potest de praefecto, si sit diuersus), quamuis hic juxta 3 Reg. prouincialis ex generalis praefecti praescripto inferioribus studijs moderari debeat. Der Ausdruck generale Rect. instrum. wird erwähnt in der Ordnung einer selbständ. Universität der Gesellschaft Jesu von 1658 (bei Pachtler, Monum. Germ. cit IX. p. 329).

³⁾ Eine Note des C. Th. bemerkt: NB. 1^o. Professore Theologiae mane 1^a hora docenti candelam curat janitor collegij. Ita statuit R. P. Rector anno 1651 desinente. Sed non fuit seruatum quare actum cum campanatore, ut is a janitore accipiat et simul Theologiae studiosis lumen inferat, qui soluunt illi singuli grossum etc.

5. Juramentum Bidellorum Treuirensium. ¹⁾

I. Ego N. N. Vniuersitatis Treuirensis Bidellus iuro me retinere et ad finem usque vitae retenturum fidem; quam sacra Ecclesia Romana docet.

II. Me fideliter in facultate Theologica et Artistica quae mei officij sunt praestitutum et Decano venerabili pariturum.

III. Me secreta non revelaturum, quae mihi a decano fuerunt imperata. Sic me Deus adiuuet et Sancta Dei Evangelia. in principio erat verbum et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum.

6. Juramentum, officium et stipendium Bidelli. ²⁾

Juramentum.

Ego N. N. juro me honorem et Reverentiam Vniuersitati ejusque praelatis, Doctoribus et Magistris exhibiturum, 2^o. me rectori vniuersitatis, Cancellario, Decanis Facultatum aut eorum vices gerentibus in rebus officij mei obedientiam praestitutum et cum vniuersitatis, tum singularum Facultatum jura, privilegia et statuta pro viribus defensurum. 3^o. me secreta a Rectore vel Decanis aut Consilij vniuersitatis et facultatum mihi commissa non revelaturum et quoties a Rectore Magnifico vel alicuius facultatis Decano de aliquo studioso rogatus fuero, fidele testimonium daturum nulla personae cuiusque habita ratione. Denique omnia, quae ex officio mihi incumbant, bona fide, quantum sciero poteroque, me praestitutum, ab officio etiam mea culpa me remotum nemini oblocuturum aut ulturum. Sic me Deus abjuvet et haec sancta Dei Evangelia, in principio erat verbum et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum.

Officium Bidelli.

1. Bidellus, quando admittitur, praestat professionem fidei et juramentum obedientiae et fidelitatis R. P. Rectori magnifico et alijs magistratibus academicis.

¹⁾ Folgt in dem Manuscript Pa. 45 auf das Vorhergehende.

²⁾ In dem Manuscript der Theodoriana Pa. 89. Die Schriftzüge dieses Manuscripts sind dieselben wie die Korrekturen zu einem später mitzuteilenden Calendarium, und dürfte dasselbe am Ende des 17. Jahrhts. geschrieben sein; die Form des Pedelleneides der Universität Trier ist kürzer als die hier angegebene.

2. Eius est adesse, cum studiosi scribuntur in matriculam, praeparare aulam et loca examinum, curare ramos suis sump-
tibus pro promotione; ad eandem invitare invitandos cum
sceptro, quod semper eodem die luce plena refert ad Colle-
gium, praestare sceptrum et deducere spectatores in actibus
publicis academicis: citare caussam dicturos apud Magistra-
tum academicum: sontes in custodiam dare: mandata in ne-
gotijs vniuersitatis perferre.
3. Hac de caussa non licet illi peregre proficisci absque licentia
R. P. Rectoris.
4. Gratis seruire debet Patribus nostris et magistris e societate
in immatriculatione, defensione et promotione.
5. Gratis praeterea, tanquam Bidellus et Notarius in caussis,
quae Notarium requirunt in vrbe et vicinia seruire tenentur
Collegio et Vniuersitati, a quibus tamen, si longius iter per-
agendum esset, sumptus faciendi administrari debent.
6. Ut constet Bidello, officium suum ab vniuersitate pendere,
in festo S. Joannis ante portam latinam, absoluto Sacro aca-
demico, inducet utramque facultatem in conclave prope sacri-
stiam ibidemque, deposito sceptro, vniuersitati gratias aget
pro favore beneficij eoque continuati intellecturus an ulte-
rius aliquid ab ipso desideratur.

Stipendium Bidelli.

1. Contributionem accipit in duabus Angarijs, Hiemali et
Aestiva; nempe vnum grossum a singulis infra Theologiam
studiosis praeterquam pauperibus. tenetur tamen virgas et
scopas pro gymnasio curare et pulsatorem alere.
2. Accipit tertiam partem eius, quod datur pro immatriculatione.
3. Accipit pro actibus publicis uti sequitur:
Pro disputatione publica tam Theologica quam philosophica
5 grossos a singulis defendentibus.
Pro actu Doctoratus Theologici 2 imperiales et Medium a
singulis promotis.
Pro actu Licentiae separatim a Doctoratu vnum imperialem
et 4^{am} partem $\frac{1}{2}$. 9 grossos.
Pro Baccalaureatu Theol. quolibet vnum capitellum et me-
dium $\frac{1}{2}$. 12 grossos (die Taxe ist ausgestrichen und
übergeschrieben: medium imperialem et 2 grossos $\frac{1}{2}$.
20 grossos).
Pro Magisterio Philosophiae duo capitella.
Pro Baccalaureatu Philosophiae sesqui capitellum $\frac{1}{2}$. 12
grossos.

Pro testimonio academico solemniori 12 grossos. Tunc autem Bidelli est conceptum testimonij scribere ad longum, deinde testimonio a Rectore magnifico aut Decano subscripto et signato subscribere. Caetera ille curare debet, cui datur testimonium, videlicet descriptionem, ceram, capsulam sigilli, fibulas sculigulas sericas flavi et rubri coloris et chartam vel communem vel pergamenum, porro descriptori, si scribat in charta communi, dantur sex grossi, si in pergamena, octo.¹

Quoties studiosus jussu Rectoris vel Cancellarij a Bidello citatur, is dat ei medium capitellum seu 4 grossos; si per alium accersitus parere noluit.

Quoties studiosum dat in custodiam academicam jussu Rectoris vel cancellarij, ab eo studioso accipit integrum capitellum, et pro singulis deinde diebus, quibus in carcere detinetur et ab eo in pane et aqua alitur, vnum capitellum $\frac{1}{2}$. 8 grossos.

III.

Die Statuten der philosophischen Fakultät.

Die Vorlesungen in der Philosophie wurden an der Universität bereits 1614, direkt nach der Stiftung, eröffnet vor 46 Zuhörern, von denen 7 dem Benediktinerkloster Abdinghof, 5 dem Jesuitennoviziat angehörten ¹⁾ Die Statuten der philosophischen Fakultät sind später erlassen, zwischen 1614—1630. Dieselben sind von Pachtler abgedruckt aus einer Handschrift des Germ. Arch. Auf der Theodoriana zu Paderborn finden sich zwei Recensionen der Statuta Fac. philosoph. Die eine ist enthalten im Manuscript Pa. 45 (= A), die andere im Manuscript Pa. 89 (= B). Letztere Recension enthält die Überschrift: „exscripta initio Julij ao. 1630“ und am Schluss die Bemerkung: „finii

¹⁾ Richter, Geschichte cit. S. 128.

9. Juli
Abdruc
weichu
Die Ra
fügt.
sitäten
riana a

Stat

1.
tate ra
tersunt
2.
cilio fa
in eoru
3.
cellari
Decanu
rius P
physica
profess
tione c
conuoc
sui De
ea tra
declara
4.
Baccal
rare a
stros

1)
2)
3)
4)
5)